



110

INCIPIIT LIBER DECIMVS

AD QUIDEM ORDO IPSE VIDETUR EXPOSERE UT DE
 peccato primi hominis dixeramus sed quia de carne mulieris quem
 ammodum facta sit scriptura narrauit. tacuit autem de anima mul-
 to magis nos fecit intento ut de hoc diligentius inquiramus qm modo
 refelli possint qui credunt animam de anima hominis sicut de carne car-
 nem fieri a parentibus in filios utriusque retransfusiis seminibus. hinc
 enim primitus ad hoc mouetur ut dicant quod unam animam dñs fece-
 rit quam sufflauit in faciem hominis quem de puluere sinterat ut ex
 illa iam ceterae crearentur animae hominum sicut ex aluit carne omnis
 etiam caro hominum qm primo adam formatus est deinde eua. & ille
 quidem unde habuerit corpus unde animam dictum est corpus uidelicet
 puluerem terrae animam uero flatum dñi. at illa de illius latere dicitur
 cum facta dicitur non dicitur quod eam dñs sufflando similiter anima
 uertit tamquam utrumque de illo ductum sit quoniam fuerit anima tua.
 aut enim tacere oportuit inquit etiam de anima uiri ut eam sicut
 possemus datam diuinitus uel intellegeremus uel certe crederemus.
 aut si hoc propter ea scriptura non tacuit ne animam quoque sicut ho-
 minis carnem de terra facta esse putarem debuit & de mulieris anima
 non taceri ne putaretur ex raduce si hoc uerum non est quia propter
 id eo tacitum est inquit quod eius faciem flauerit dñs quia illud est
 uerum quod & anima ex homine propagata est. huic suspicioni faci-
 le occurritur si enim propter ea putant animam mulieris faciem fla-
 uerit dñs. cur credunt ex uiro animatam feminam quoniam id quidem
 scriptum est. unde si dñs omnes animas hominum nasciturum sicut pri-
 mam facit. propter ea scriptura de alius tacuit qm possit quod in
 unam factum commemoratum est etiam de ceteris prudenter intel-
 legi. ita quae si oportuit nos per hanc scripturam de hac re aliquid ad-
 monere magis si aliquid aliud fiebat in femina quod in uiro fac-